



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.


Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



3

THESES PHYSICÆ
DE
ELEMENTIS,

QUAS

IN CATHOLICA, ET CELEBRI
UNIVERSITATE DILINGANA:

PRAE SIDE

IOANNE BERNARDO
SOCIETATIS JESV, PHILO-
SOPHIÆ PROFESSORE
ORDINARIO,

PUBLICÉ DEFENDENT

F. COELESTINVS MARIA PAPPVS

E T

F. DOROTHEVS MARIA INDRIST,
ORDINIS SERVORVM BEATISS. VIRGINIS,
THEOLOGIE MORALIS, ET META-
physics Studiosi.

ANNO CIC. ITC. XXXII.

DIE XVIII. FEBRVARII.

Cum Facultate Superiorum

D I L I X G Æ
Operis CASPARI SVTORIS.

**REVERENDISSIMO
IN CHRISTOPHERI, FESTI**

MAGIS TROELHS&O MAZZONIO

ESSAYS IN THEOLOGY AND PHILOSOPHY

THIS ORDIN. SERVOKYSE BATAASSIM

Virg. Vicario Generale Apostolico,

Patri suo, Obseruandissimo.

F. DOROTHY EVES

THE SISM PHYSICARVM OMISSIS ELEMENTIS IN TATEMENTIS

OINOS PER ORGANE MICOVAM 21011



Elementa per duplo iusne, quod gerunt, of-
ficiis integrant Vulnerum, parsim sunt Principia
Microcosm, in etiam dupli in loco, idelicet libro 2. 3.
1. de Caelo, & lib. 2. de Generat. & Corrupt. de his agit
Aristoteles. Nos doctrinam eum utraq. in loco contentam,
deinde in libro 1. de Elementis, que Physica scire oportet, hinc
proposita tradidimus proposito, & in cap. de Elementis in communi. 2.
de Elementis in communi. 3. de coram Quaeritur unde quae sunt.

CAPUT PRIMUM.

De Elementis in Communi.

ELEMENTVM visibiliem peculiarem a copiis, ut colligunt
obseruant. Comitab. 2. de Gener. c. 3. q. 1. a. 1. Et Poror. lib.
3. phys. cap. 1. Primo pro primis cuiusque rei principiis,
hinc literas ex quibus exurget Syllaba; Elementa vo-
cat Aristoteles in propria cap. 2. quo sensu etiam om-
nia tria principia rerum naturalium in hinc, materia, forma, & priua-
titio, dicuntur. Elementa 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Secundo sumuntur pro aliquo
renuntiante, ex quo res componuntur, sive essentia sit, quo modo non
monstratur, & a materia, & forma (non item priuatio) Elementum ab
Aristotele vocatur &c. sive integraliter, qualitate coelum quoque.
Ut dicit Poror. 2. de Gener. d. 3. q. 7. ab Aristotele sumente, Elementum
vulgariter appellatur. Tertio ad copiis pr. 4. Vulgatis Corporibus
duplicibus substantiis est, & gen. & loco. Aquam. Terra. Nos de E-
lementis 3. modis coepimus hactenque.

Primum ergo tertio modo Elementum his verbis ab
Aristotele 3. de Gener. q. 7. dicitur. Est id, in quaest cetera corpora diui-
natur, & quibus nichil possumus, nisi aliis ipsius auctor. indivisibile est in
hunc modo, sive materialiter, sive formaliter. Videlicet & operas illas ex terra corpora, & par-
tita in hanc definitione excluditur materia, & forma seorsum sumpta,

cūm non sint corpora temporis & orbium illud, dicitur cor, intelligentia est distinctio physice, sūt res solidae & fixae, sūt res fluidae & mobiles, potentia vel actus, expressè significant philosophum eo loco noluisse deponere questionem illam, an Elementa potentia, vel actu, insint Mixtis, per illa denique, ipsius autem in distibutis fluidis insinuantur, scilicet speciem, insinuatur Elementa esse corpora simplicia hoc est, nam res solidissimæ in alia corpora specie distincta, sicut res solidissimæ tamen sunt Mixta V. G. pomum putridum in Aerem, Aquam, Terram &c. in corpora utpote specie essentiali in se distincta.

I I I. De quatuor Elementis q. 16. iij

Alter cantibus varie, variisque somniis inibus de Elementorum numero antiquis Philosophis, sibi nihil imponit Aristoteles 2. de Gener. i. 16. dicens, Quatuor esse Elementa, Ignem, scilicet, Aerem, Aquam, & Terram, quemque quaternarium numerum colligit circa Philosophus ex possibilibus primatum Qualitatum combinationibus in excellenti gradu, quarum tandem quatuor esse possunt naturaliter, videlicet calidi & seci, in Igne, calidi & humidiora Aer, frigidi & humidii in Aquâ, frigidi, & seci in Terra, subdit, calefacient, frigidum (Subintellige in excellenti gradu) esse idem, & rursum humidum, & secum, impossibile est. Eustachius S. Parte 2. part. physiogratt. 2. de Elementis q. 2 probat quatuor esse Elementa partim ex eo, quod canturn 4. sint rectæ latitudes, duæ à medio, & duæ ad medium, quæcumq; haec principaliter competunt terra & Aquâ, illæ Ignis & Aeris partim ex eo, quod allata definitio est. 2. canturn 4. ex corporibus simplicibus conueniat. Porro circa elementa in communione.

I V. De quatuor Elementis q. 17. iij

Quæritur I. an omnia quatuor Elementa sunt eod. die, & tempore producta? Negatiue, licet enim certum sit Elementa, Terra & Aquæ producta esse à Deo statim initio Creationis, ut aperite deducitur ex illis primis verbis Genesim, In principio eravit Deus celum, & terram, & spiritum Domini fecerat super Aquas &c. Tamen de Elementis Aeris, & Ignis, probabilius est, ea primâ 2. die producta esse à Deo, ut optimè philosophatur Jacobus Salianus f. 49. die Mundi 2. n. 5. Postquam enim hoc 2. die, iussu & Virtute Dei, pluvias Aquæ, in Vastissimos X. vel XII. inferiorum celorum orbem, addens, & minorem cooperunt (pro conditâ corporum condensatorum) exigere, & occupare locum, Deus Aerem, & Igacem, Elementa ratio-

Queritur. unde factio datur Elementorum aliquod purum? prius quam in specie deam, obserua ex Compend. scilicet 1. problematis de Tercia et quod prius dicitur Elementum purum. 1. quoad qualitates. 2. quo ab habebit ratione illud est Elementum purum quoad qualitates. quod nullis peregrinat est viazum qualitate. Sed eas eadem habet, quae natura suâ postulat, illud quoad substantiam est purum, quod intra se, ac in secluso gemitum non continet aliud corpus diversa specie, quo obseruata sit, loquuntur Elementum de facto esse quoad qualitates purum ex se, cum fragula propter dissidentiam qualitatum contrariatas semper quod appugnat, peregrinique habeant qualitatibus. et quod Ignis humore. Aqua Aerem frigore Ignis Aquam calore. & terram. Dulorem. (ex tribus partibus inferioribus) Elementum esse quoad substantiam ex toto purum terra quippe propter metallicas concretiones, etiam metalicum Aerum, magnum A quarum vim, plurimob. que ignis siu suo fons, Aqua Terrae exhalatioibus. Aer Aqueis vaporibus, perpetuo scaturit, quia autem aliqua portio terrae inferioris portio ignis ab Aer extremioris deme pura utroque modo, non est plumbum. ex Compend. l. c.

motibili hoc creditur, quiunque Aucto relem &c. penitus a non per transmutationem inspicere.

Queritur V. Si ergo uniuscuius Elementorum puro altera qualitas non in supremo, in aliis gradu, habentur? Ut quae alia adiumentata qualitatibus conserariantur v.g. estre ignis non summa ficcus, etiam aliquo modo humidus, vel aqua aliquo modo secca? **Affirmative sunt.** **Contra b.** 2. de Gener. c. 3. q. 4. Materia enim Elementorum properet sui ornatum, & capaciterent potest esse primarum qualitatum latitudinem, ita ut quantum sit etiam aliqua priorum qualitatum deficit tantumdem sibi est certatio superlati velut non est autem tantum hanc qualitatem in caro remissa, adonitatis gradu, praeter conseruacionem excellenter predominaret nos sentiri: nee etiam meminimus, huius remissae qualitatis Aucto reles, quia quia de ea non sicut absolutam sortiri denominationem Elementorum, namque eni ab solita humido denominatur ignis, cum de nominatio secunda a posteriori sit qualitate, cum dignatio ad reciprocem Elementorum actionem, et parum, vel nihil conduceat.

V. I. In

Queritur V. quomodo Elementa Symbolica, & asymbolica in se convergantur? sive vero illa Symbolica Elementa, qua habent eiusdem speciei primam qualitatem, in gradu excellenti, v.g. Ignis & Aer, quo cum verumque est excellenter solidum, Asymbolica illa sunt, quae in nulla prima Qualitate eiusdem speciei secundum gradum excellentem conseruentur, vt v.g. Ignis & Aqua: de quibus haec statuuntur.

1. Tam Symbolica, quam Asymbolica possunt in se immediate converti, adeoque ex quolibet Elemento geraceabile est quilibet Elementum.
2. Ex duobus Elementis puris Symbolicis v.g. Ignis & Aer in se mutuo agentibus, non potest generari tertium Elementum specie distinctum, potest tamen ex duobus Elementis Asymbolicis v.g. ex Ignis & Aquâ generari Aer.
3. Elementa Symbolica facilius ciuiusque in se transmutantur quam Asymbolica, ita Philosoph. 2. de Gener. s. 27. quia videlicet in Symbolicis una tantum, in Asymbolicis duas sunt expellenda qualitates, vt recte recipiatur. **Mores** 3. de gerando v. 4. q. 2.

I. X.

Queritur VI. An Elementa in Mixtis maneat actu, seu formaliter,

Item hoc est. ut inveniant secundum hanc formam sunt substantiales in Materia. Huius questionis difficultate antequam respondeam, fundamentum loco suppono. 1. In aliquibus locis, in quibus ex congrecessu corporum simplicium, generantur Mixta pleraque requiri Elementa teste. *De Gen. p. 27.* dicente Simplicia autem Mixta corpora, quae uniuersitate medijs locum (hoc est, circa terram Aetis, & globi terrestris) sunt, ex omnibus Composita sunt simplicibus & recte, nam in cunctis, aut superficie globi terrestris praesens est terra, aut terrea extralatio, aqua aut aquosus vapor, tam deinde etiam Aer, & per se Ignis, & que proprietate est hec uero. Nam detrahendus est ignis ad generationem Mixtum, ignis enim fatalis, & lambentes, Castor, & pollux, fons ignis & fuligine, alia que metuota Ignis abunde testantur, exhalationes terreas (quaeruntur in obuia sunt) vel propriâ agitatio, ne, vel apti per istas vel ardore Solis facillime ignescere: praterquam quod in multis locis dentur Ignes subterranei, aut alij ab hominibus industria vel industria excitati, & solutè tam in loquendo non arbitrio sed quodcumq[ue] Mixtum constituteto, & requiri omnia 4. Elementa, Sicut nec ad omne Animatum requiruntur omnes formæ partiales, cum dentur multa Vuentia absque ossibus, cartilagine &c.

X.

Supp. II. quotidianam ducere Experienciam, non corrumpi substantialiter Elementa, tametsi eorum qualitates, tam primæ quam secundæ, vehementissimè dimidantur; aqua quippe substantialiter manet Aqua, licet s. vel 6 gradus debidi ubi frigoris deperdat, ita enim vapor excellenter calidus, rarus & tenuis substantialiter adhuc (ut cito communis docet *Eustachi*, & *Paulo* 1.p. phys. tract 3. d. 1. q. 1.) magis aqua, quæ alibi per se possumat esse summe frigida, densa, & excellenter gravis, sicutiā Exhalatio calida & leuis, est adhuc substantialiter Terra, cui ratione per se competit frigoris excellens, & summa gravitas, sicut de Aer (et natura fuit illius excellenter calidus) potest saluā suā substantiali formā inserviari ut s. vel 6. Si ergo tria Elementa, Terra, Aqua, Aer, tam grande suarum qualitatum possunt pati decrementum, talius suis formis substantialibus, quis prudenter, & consequenter radiocinando negare poterit, etiam ab Igne multos gradus calorū omninoque Lucem posse auferri naturaliter, saluā ipsius Ignis substantiali formâ?

Supp.

Supp. III. Sicut certissimum est, cetero Capitulo 1. 2. de anima f. 755. in quolibet Mixto excellenter predominantem unum Elementum v. g. in lapide terram, ita etiam certissimum mihi esse, saltem huius predominantis Elementi, nullam causam assignari posse substantialiter corruptiata, impossibile enim trahatur esse. ut corrumperetur Elementum aliquod substantialiter, nisi exornaret ipsius Elementi qualitates immittantur, cum autem lapis ex natura sua sit excellenter frigidus & siccus, quis credat Terra qualitates esse exornationes, minutae? cum haec ipsa suicitas & frigoris terrae beatitudinem gradus excellenter Supp. I V. Putrefactio uenit secundum Arist. 4. mortuorum, & non causari a calore exritoso, a quo nimium intensus calor actius & internus rarefacit humidum natum, atque cum eodem humido ex vaporans ita tempestis Mixti disturbat ut forma totalis Mixti perditus corrumpatur, quo facto, remanent 4. Elementa. Huc resoluuntur Mixtum in 4. Elementa, hoc autem soluere non potest, si acte non insuerunt Mixto Elementa; calor enim solus non producit Aquam, Terram, &c.

XII.

Supp. V. commune Effatum Arist. 2. de Gener. t. 40. esse, Mixta componi seu constare ex Elementis, item Aerem, Aquam, Terram, inexisteret Mixtis: sed obsecro, an non hoc ridiculum, & nugatorum esset pronunciatum, si Elementa aucti actu, sed tantum virtute, sive secundum qualitates manentes in Mixtis? quis enim dicit Socratem constare, & componi ex caseo, pomis, pane, lactuca &c. tametsi inter Soerate, hos cibos absumente maneat eorum qualitates? his suppositis, q. cum Hierony. Dandino l. 2. de anima digr. 2. p. 3. Elementa manere actu in Mixtis secundum formas substantiales quidam integraria, secundum qualitatem tam non excellentes vehementer debilitata, ita ut nullum Elementum Mixti in existentiis in sit qualitas prima in summo gradu emanationem coegeret & impedit totalis forma Mixti suam praesentem, cui proinde formae Elementares, dum sunt in mixto, subordinata sunt; et atque pactimque temperiem qualitatum primarum, quam ipsa forma totalis exigit. Asquidem de Elementis in communione, nunc vide singularem particulari, incipiendo ab inferioribus & Antiquioribus, eminetur & invenitur.

CAPV

CAPUT SECUNDUM.

De Elementis in Specie.

Terrena quae in sphaerae foco, globum moraliter sphericum
(Videlicet Aquis, iuris constitutum, ut innuit Arift. 2. de cœlo. t. ro.)
est in se sphaera sita, de infra summum, in excellenti tamen gra-
dus, et frigida, ut colligitur ex Arift. 2. de Gener. t. 23. in minimas ita-
que partibus (huc et verbi pars in divisibilia Mathematica) pulueria
infusa, vestimenta, terra dissoluuntur; sed ab ea omnis ille humor, qui
aliter etiam per accidens quidem, maxima tamen ob commodities
perfluit in spiritu, separatur. Terra inquit, Arift. 2. de gener. t. 49.
sit terra non posse confitere, sed hoc est quod continet, si enim aufer-
atur ex ipso suu in se benevolium, decidet utiq. Ceterum ex eo, quod ter-
ra non sit a Sole distans, non probatur eam esse summe frigidam,
et a solitudo pectus solarij alore, ex se habeat unum, vel al-
terum caloris gradum: similiter ex eo, quod Ignis citissime pannos
humefactos exiccat, non infertur, Ignem esse terrâ sicciorum, cum I-
gnis tam producendâ sit cataracta, quam calore suo, rarefaciendo
et extirpando humorem passos exiccat.

X. I. V.

Prohibitum est, quod docet D. Damascen. l. 2. fid. orth. c. 9. & 10.
Petrus in Muadi Exordio perfectè sphericam, absque ullis monti-
bus, fuisse productam, montes autem primum tertio creationis die
fuisse effectori, quando Deus Aquas unum in locum congregatus,
esse quæ cauernis addeverus, multis in locis terram in molem, seu mō-
rem sustulit. Sed cur plena quæ metallorum fodinae sunt sub mōribus?
quæ sibi quia non possunt pterunt quæ saxis abundant, à quibus materia
metallorum facta intercipitur, & evaporare inde prohibita, consisten-
tiam et talia Saxonum frigore facilius acquirit: et credibile insuper est
caelum principalem horum Metallorum non esse terram, sed Solem
autem quæ Astra, ita Comets. in lib. mox. tract. 13. c. 2.

X. V.

Motio, diffusio, est, aut terra unquam causa principalis germe-
nauerit. 3. Creationis dicitur hanc Virtutem, flores, arbores? Affirmat
id multi, persuasi verbis illis Genes. 1. germines terra herbam Virarentem

B

& fa-

& facientem semen iuxta genus suum &c. Sed rectius alii negant, Ter-
ram, ut ipote inanimatam, potuisse vt causam principalem hæc germi-
na efficere. Quenam ergo causa eorum principalis fuit? an Sol, & reli-
qua astra? at Sol, & reliqua astra eo die nōdum extiterunt: an calum?
sed illud est inanimatum, quomodo ergo animam plantis largiri po-
tuit? At illud decantatum individuum Vagum? probh! hoc nimis de-
bile, & futile est: quid ergo? &. Deum fuisse causam principalem ha-
rum plantarum. vt clare prodit S. Scriptura Genes. 2. Iste sunt genera-
tiones cali & terre, quando creatae sunt, in die quo fecit Dominus Deus
calum & Terram. & omne Virgulum agri, omnemq; herbam regionis.
nec te turbent illa verba Genes. 1. germinet seu producat terra her-
bam &c. nam eod loco dicitur die 6. producat Terra anima viventem
in genere suo, iumenta & reptilia, & bestias Terra secundum species suas,
quis autem credat à Terrâ, vt à causâ principali, hæc animalia tam
perfecta, quam imperfæcta, fuisse producta?

XVI.

Duo adhuc, circa Terram, cōsideratione dignissima dubia occur-
runt. 1. est, cur terrea pondera non ferantur ad centrum secundum
lineas parallelas, sed quod propius centro appropriuant, eò etiam ma-
gis sibi mutuò approximantur? &. quia Vnumquodque eorum nitit
tur occupare centrum Mundi, à quo occupando deuarent, si lineis
parallelis eò ferrentur. 2. est, quā ex causâ supremo Neronis anno,
vt refert Plin. lib. 2. nat. hist. c. 83. dñrepente olea & prata, interceden-
te viâ publicâ, ab vnâ parte in alteram translata fuerint in agro Mar-
rucino? &. illam terræ portionem, à subterraneo Exhalationum in-
clusarum turbine, in orbem quasi exesam, & ruptam, ac instar rotæ, in
cōtrarias partes esse circumactâ, hinc olea & prata heri ad dexteram
per transiuntum hominum sita, hodie ad sinistram steterunt lepidâ
plane, sed naturali metaphorâ.

XVII.

Aqua ex sua natura summè frigida, & infra summum, excellēter
tamen, humida est, vt deducitur ex Arist. 2. de gen. t. 23. Ergo, inquires,
aqua pura per se semper congelata erit, si illa, vt 8. frigida est? &. Aquâ
puram, etiam si vt 8. frigidam, & tenuum non congelatum iri, ad con-
gelationem enim, siue ad glaciē constituendam, requiruntur etiâ ter-
re exhalationes, quæ in aquâ pura, eo ipso, quod pura, & ab omni
peregrino desecata sit corpore, nō reperiuntur. Videatur autem elemen-
tum aquæ per se amare, & verd etiam (nisi impeditur) habere sphæ-
ricam figurâ, hinc pluviarū, aut roris guttae lanuginosissfoliis, alioue
sicco,

DE ELEMENTIS

Acco, aut exctupso excepis subiecto, in Sphærula coguntur. Sed cur aqua et hæc Sphærula, si ei yna vel altera super affundas guttā diffliuit, & rotundatè deperditur, quia guttae superadditæ maiore addiderunt gravitate, maioremq; ad diffluxum, produxerunt inclinationem.

X V I I I.

Aqua sompnum, amnium, fluijorum &c. eximum persæpe continent. Saporem, odorem, Calorem, imo & aurea ramenta, sed ex quibus causis? n. 1. Saporem huiuscmodi, & odorem, aduenire aq; vel quia est Terra, lapides succiæ aliquem concretū, insigni affectū sapore antodore labunt, vel quia Halitus aliquos, unde vnde acquirunt, qui vel per se sunt ius gratiosi, affecti qualitatibus, vel primū deinde à variis astrorū influxiibus excoquuntur. Sapidiq; vel odoriferi efficiuntur. n. 2. aquas hinc terre cōditas calefieri excellenter, vel à matoria p̄æcalidâ & austuante, vel ab Ignibus subterraneis, per quos earum est transitus, constat enim loca ea, circa quæ huiuscmodi aquæ calidæ scaturiunt, abundare Ignis fomite, vt Sulphure, bitumine, n. 3. si in quibusdā fluviis v.g. Pactolos, Tago, Hebro, auri ramenta reperiuntur, ea non esse generata ab, & in illis aquis, sed ex auriferis venis, abrasa, & aduecta.

X I X.

Quod si tēpore hyberno puteales aquæ incalescant, fit illud propter Antiperistasis, vt cum aliis docet *Suar. in met. d. 18. s. 18.* dum n. ab ambiële frigore acriore, pars superior aquæ putealis cōstringitur summi via, & trâspiratio detentis, intra aquâ illâ, calidis exhalationibus interceduntur, illæ aut carceris huius, & vidiētæ detentionis impatiētes, ac insuetæ, exitæ quæ runt, aquâq; simul furiosè impetunt & commovent, eaq; agitatione tâ se, quam aquâ magis magisq; calefaciunt, eo sermē modo quo (si parua licet cōponere magnis) maior exhalatio ipsa nubē densam inclusa proprio se motu, & impetu penitus inflamat. Similiter Antiperistasis causa est, cur aquæ puteales in æstate sint frigidae, quia calor circumstans Aëris, viam, & exitum p̄ebet, detētis, intra aquas illas, exhalationibus, à quibus liberata, facilè se ad natuum reducit aqua frigida. *in Suarez L.c. n. 19.*

X X.

Aëris Elemento (quod super omnia eminet, igne excepto, vt ait philoseph. 4. de calo t. 36.) ex sua naturâ debetur summa humiditas, & excellētē calor, secundū *Ari. 3. de gen. t. 22. & 23.* Sed cōtra videtur esse 1. quod Aëri exposita linea camina accēetur ab eo. 2. quod Aëra pluviis magis.

humectari possit, ac solēt, & quodd aqua humiditas magis frigida est, quia Aeris quomodo ergo Aer summe humidus esse dicitur? Ad. Mendoza ad. 6. de Elementis scđ. 4. §. 31. huiusmodi intermixta aera cum indirecte ab Aere exiccati, dum enim ille, vel proprio, vel adiutorio calore, humorem aqueum in latruminibus, reficit, et refacit, ut humor siccatus inde evaporet. ad. 2. de Aeris in aliis locis vera, non humectari a pluviis, sed ab iis, tanquam aquos vapores, participare, quos cum ab Aeris nos discernamus sensu, dicimus Aerem esse humidorem. Ad. 3. de humiditatem Aquaria, sive ista, aqua, magis quidē sentiri, cum sit in subiecto densior, non raro esse maiorem.

X. X. I. in aliis locis, et aliis aliud, v. 3. 1. 1.

Præterea in 3. regiones Aer diu ipsi sole, in aliis tamen, medianis, & supremam; infimam, vocant eam, quæ à superficie Terra conquisque porrigitur, quod usque radix Solares reflectuntur è regnâ supremâ est, quæ à concavâ agnis superficie paulo infra alijssimum Monachum cæcumina descendit, media denique est, quæ inter haec duas extrema interiacet. Et sane Variis peregrinariis Qualitatibus affectionibus habimbiuntur regiones, utrumq; enim cum propter Vicinitatem lumen Elementaris, tum propter eductusque emergentes, siccas calidasque exhalationes, ultra debitum incalefcit, hinc, refe S. August. l. 3. in Genes. c. 2. homines in Olympi verticem (qui in 3. est regione Aeris) a seculorum spongias secum Aquâ repletas ferebant, ut illius Aeris in ornem calorem, & tenuitatem sibi attemperarent. infima, à vicib; aquâ ad terrâ multum subinde frigoris, subinde à radice restrixi multevoi aduentis, calor is participat, Media denique constanter frigidiuscata est partim propter aquos vapores, qui se ibi ad nativum reducunt frigus, partim quod à Deo iam in hoc, rerum statu videatur acepisse peculiare frigus ad causanda varia, meteora.

X. X. I. in aliis locis, et aliis aliud, v. 3. 1. 1.

Quæritiam solet cur ab illo Aer, quæ est in sensu frigido, hab piso commouemur, frigus aliquod sentiamus? idcirco quia imm pellendo Aerem labello, facimus, ut alia, &c. alia semper pars Aeris nos ambiat, quæ mihi calida est, quam ea, quæ nos prius ambiebant à nostris corporis calore admodum calefacta. Sed quæso, cur Aer ore compresso à nobis efflatus, frigefacit, emittit, autem ore disducto, ut si hanc calefaciat, idcirco, quia Aer ore disducto & his sic efflatus eximo, calidissimog; pectoris euocatur, efflatus autem ore compresso or,

supradictis ab aliis qui natus est factus anteridentes & extima cõm-
monabat ut labris, ante frigidior, ille calidior est: addit, quod Aer o-
scula ampræfæ pletumque cum impetu aliquo effetur, hinc si sic ma-
nubreg, et idem in alios, alia & alia pars Aeris propter impetum
efficiat resursum, necesse est frigore que sentitur: Aer vero siductis sau-
cibus efflat, et in ordinariæ admodum pacate & sine impetu emittat
ex parte aere frigus huiusmodi.

MOTUS AERUM IN TERRA X X I I .

Item Ignis ductus est ex centrum nobilitatum, teste D. Th. i. p. q.
ignis ductus ex centro seu summo calidus, & infra summum, fuscus
est, ut abunde testatur philosophus. de sensu cap. 4. & 2. de gener. t. 29.
etiam de lumen, ut in de loco Ignis in instrumentate sub Calo Lunæ, cum
absque hoc omnino foret Mundus Univeritas, teste S. Basilio bomil. 3.
Hencecum præterquam, alij Ignes variis in locis genentur, nam v.
taceamus Ignes subterraneos ordinatis in terra Solphurea & bitumi-
nosa ab infamatis causatis exhalationibus, etiam in Aere permul-
ti adiuvant, in supremâ quidem regione v. g. fax, capra saltans, &
multa alia. Comenz, secundum Arist. Meteor. sum. 2. c. 4. & 4. in mediâ
regione v. g. fulmen, in inferna v. g. Ignes fatui & lambentes, quorum
omnium in Aere natorum Ignium materia proxima est halitus, causa
principalis Efficiens, vel Ignis concavo Lunæ contiguus, vel Sol, vel
Caelum, vel Deus; causa instrumentalis præcipue est calor, per motum
locutus, tanquam conditionem sine qua non, productus, motus e-
stum localius recte Philosopho i. de Cale. t. 42. naturâ aptus est signire (non
stacione rufescere) & Ignes, & lapides, & ferrum, cur non & Hal-
itus? X X I V.

Quod Odor ergo certum sit, per motum localem tanquam per condi-
tionem sine qua non, produci posse calorem actualem, questio ori-
tur, quænam huius Caloris sit causa principalis Efficiens? & esse
Calor est Virtus in omnibus corporibus tanti simplicibus, quam
Mixtis, ipsorum, quinque locuti excitatus actualem producit calorem
eo sertus modo, quo calor Virtualis aromatum v. g. piperis, calido
humore excitatus actualem causat calorem: probable verò est, calo-
rem virtutem Aromaticum distingui specie essentiali ab illo Virtuali
calore, qui per motum localem excitatur, tum quia habeant diversas
conditiones excitantes, cum quia primus calor Virtualis in Soli Mix-
tis, & que per passus secundas autem in omnibus omnino corporibus

THEATRUS SCIVÆ
12.
tam Mixtis quām Simplicibus, reperitur. aequo hæc de Elementis in-
specie nunc de eorum præcipuis loquamur. Qualitatibus.

C A P V T T E R T I V M .

De Præcipuis Elementorum qualitatibus.

X X V .

DVploris potissimum generis qualitates natura Elementis concessæ sit, actiua & motiua, quarum hæc occupando loco naturali, illæ Mixtioni inseruiunt: de virtutisque aliquid breviter statuendum. Actio-
ne Elementorum qualitates (qua & primæ, & tangibiles dicuntur)
quatuor omnino sunt, videlicet, Calor, frigus, humiditas, siccitas, ex
quibus nulla priuatiua, sed qualibet positiva est in tercia specie Quali-
tatis ponenda: neque nobis Ar. Stotelem obiicias, qui frigus vocat pri-
uationem Caloris i. de gener. t. 18. hoc enim verum est in sensu conco-
mitante, non formalí, certè si frigus tantum priuatio seu absentia calo-
ris est, obsecro, cur aqua positivæ congelatur? & insuper, si siccitas
tantum est absentia humiditatis, tunc Elementum Terræ in suo natu-
rali statu, omni penitus positivo ornato, seu qualitate, carebit,

X X V I .

Porro in communis sic definiuntur ab Aristotele 2. gener. t. 7. & 8.
hæ primæ quatuor Elementorum Qualitates, sunt ex. que n. c. ex se
inuicem fiunt, nec ex aliis sed alic sensibiles fiunt ex illis, dicuntur: ex se
inuicem non fieri, scilicet non ex contrariâ, vel aliâ diversâ speciei.
frigus enim directe & per se non fit à calore, nec calor à frigore. sicer
calor à calore causetur, quod huic definitioni non obstat: dicuntur 2.
non fieri ex aliis, nimicum non ex aliis tangibilibus qualitatibus, hinc
tamen si calor actualis oriatur ex lumine, vel calore virtuali, tamen ca-
lor ille actualis verè manet prima qualitas, quia nec lumen, nec calore.
Virtualis est tangibilis qualitas: dicuntur 3. alic sensibiles fieri ex illis,
quia grauitas & leuitas, raritas & densitas corporum subtiliorum,
ex primis qualitatibus oriuntur.

X X V I I .

In specie autem sic definiuntur hæ 4. primæ qualitates à philo-
sopho 2. de gener. t. 8. Calidum est, quod congregat homogenea, & segre-
get heterogenea, si enim glacies, in quâ lapilli & paleæ permixti sunt,
calore soluatur, grauiora corpora funduntur, tenuiora superna-
tabunt

tabunt. Frigidum est quod congregat et amorphogenet, quam heterogenea, ut appareret in aqua congelata, ubi promiscue congregantur et detinuntur simul tunc grauiaque quam levia corpora. Humidum est, quod proprio sermone non terminatur, facile autem alieno, sic vinum dolio infusum faciliter distinguitur ac termino accommodat. Siccum denique est, quod proprio terminatur termino, difficulter autem alieno, pruine enim quispiam olla iniectus non se eius vasis figurae accommodat, sed propriam figuram ac terminum pertinaciter retinet.

XXVII.

Verum ut praedictas descriptiones recte tereas, obserua diligenter ex Philosopho 2. de gen. syp. t. 8. hic per homogenea, & heterogenea, non intelliges quae sunt eiusdem, vel diversæ speciei essentialis, calida reuerberant in glacie liquefacta tam lapilli quam ferramenta ad fundum congregentur, sed homogenea hoc loco sunt ea corpora quae in inotitâ potissimum qualitate contûniunt, v.g. omnia corpora grauia excellenter, ut lapides, metalla, terra &c. dicuntur hic homogenea: è contra illa sunt heterogenea hic, quae sunt diversæ qualitatis motiuæ, cuiusmodi sunt v.g. gleba grauior, & exhalatio leuis, plumbum & parlez. Similiter per facile terminabile intelligitur id quod spontaneo accursu & affluxu se figure, ac termino vasis continentis accommodat, quomodo corpuscula sicciora v.g. cineres, se non accommodant vasis figura.

XXIX.

Quæres, an qualitates Symbolica Elementorum v.g. calor Aëris & Pignis, inter se differant specie essentiali? scilicet cum Rub. l. 2. de gen. tract. de primis qualitat. q. x n. 49. negatiuè, tum quia experimur calore circumstantiam Aëris intendi ab Igne vicino, intensio autem sit secundum qualitatem eiusdem speciei, tum quia Aristoteles 2. de gen. t. 2. 7. docet calorem Aëris manere in Igne, si quando Aëris in Ignum cōuertatur, nec tē ruit, quod iste duplex calor, Aërius & Igneus, diversa, habent subiecta denominationis, nam etiam albedo lactis, & niuis, huiuscmodi diversa sortitur subiecta, quis tamen dicit, hanc utramque Albedinem specie essentiali differre? Illud, quod Ammonius c. de subst. in predica. docere dicitur à Rub. l. c. q. 3 n. 42. videlicet, has quatuor qualitates esse formas substanciales Elementorum, verum non est, nam ut habetur 7 phjs t. xi. hęc qualitates sunt termini alterationis, quomodo ergo sunt formæ substanciales?

XXX.

Deniq; prater has quatuor adiucas, insunt Elementis duæ etiā motus

tiꝝ qualitates, nempe Grauitas, & Leuitas. quarum h[ic] est causa, motus sursum, illa deorsum ut dicitur 1. de Calo & 17. Sicut autem Terra inest grauitas in summo, aqua in excellenti gradu, ita Ignis inest Leuitas in summo. Aëri in excellenti: & quia Aristoteles 4. d. Calo 1. 29. expressè dicit, *omnia gravitatem habent prater Ignem, & omnia levitatem prater Terram*. recte aiunt multi. Aqueꝝ grauitati esse admixtam aliqualem Leuitatem, & Aëris leuitati aliqualem grauitatem. Si queras, an Elementa in naturali loco grauitent, vel leuicent? n[on] ea grauitare vel leuitare, si sint in loco impròpriè naturali, non autem, si sint in loco propriè naturali.

Omnia ad Maiorem DEI, DEI paraque Gloriam.

